Fragmentarium

ribus quos maximianus dextris oculis effossis. et sinistro
poplite succiso. per metalla dampnauerat. Hic cum pro
pheticam duceret uitam: etiam signorum gloria inclitus fuit.
Alexandrie sanctorum martyrum heronis. arsenii. ysidori. et dios
cori pueri: quorum tres primos iudex sub persecutione
deciana. uariis tormentis dilanians: cum pari constan
tia fidei uideret armatos. tradi ignibus iubet. Dyosco
rus uero multipliciter flagellatus: diuino nutu ad con
solationem fidelium est dimissus. In anthyochia: na
tale sanctorum drusi. zosimi. et theodori. Item remis: pas
sio sanctorum nychasii episcopi. et eutropie uirginis sororis eiusdem.

i	ij	iij	iiij	v	vi	vij	viij	ix	x	xi	xij	xiij	xiiij	xv	xvi	xvij	xviij	xix	F
iij	xiiij	xxiiij	vi	xvi	xxvij	ix	xix	i	xij	xxij	iiij	xiiij	xxv	vij	xvij	xxviij	x	xxi	

Apud affricam beati ualeriani xviij. kl. Januarij.
episcopi et confessoris: qui cum esset annorum plus octo
ginta extra ciuitatem singularis iussus est: et ita
preceptum ut nullus eum neque in domo neque in agro.
dimitteret habitare: sicque in strata publica multo tempore
nudus sub aere iacens in confessione et defensione catholice
unitatis cursum bone uite compleuit. In territorio aurelia
nensi sancti maximi confessoris.

i	ij	iij	iiij	v	vi	vij	viij	ix	x	xi	xij	xiij	xiiij	xv	xvi	xvij	xviij	xix	G
iiij	xv	xxv	vij	xviij	xxviiij	x	xx	ij	xiij	xxiij	v	xv	xxvi	viij	xviij	xxix	xi	xxij	

License: public_domain – Kortrijk, Rijksarchief te Kortrijk, Verzameling Goethals-Vercruysse. Handschriften, nr. 44, fol. 2r – Martyrology (https://fragmentarium.ms/view/page/F-wy3y/9696/70792)